


OLIVERII TEXTORIS TUR.

nensis & Ligoliani in celeberrimum Institutionum
Imperialium Titul. DE GRADIBVS COGNATI-
ONVM, Commentarius elegans iuxta ac doctus,
ab eodem in Valentina Delphinatus Academia
editus Anno à CHRISTI nativitate vice-
simonono supra milesum: omnis
omnium Cognitionum & Affi-
nitatis arborum declaratio-
nes, & utilitates inde
nascentes complectens.

Ms. B. 1. 1. fol. 10 recto
**Accedit rerum & sententiarum insigniam
locupletissimus Index.**



L V G D V N I.

Apud hæredes Jacobi Luntæ.


M. D. LIII.

BIBLIOT. SAL. FERGUSON
Thierry de D. J. SERBANT

INDEX RERVM ET

Verborum insignium, quæ hifce Commentarijs continentur.

De litera A.



Bauunculus, ab mater tera. num. 6. folio	121
Abauus abauia, qui dicantur & vnde dicuntur. num. 8. fol.	92
Abauum & abawiam quarta cellula habet. nu. 17. fol.	92
Abnepos & abneptis sunt in quarta cellula. num. 9. fol.	97
Abnepos & abneptis, qui dicantur. num. 10. folio	98
Abpatruus, abamita qui sint. num. 13. fol.	119
Atpatruus, atamita, qui sint. nu. 14. folio	codena
Accidentia grammaticalia, quando in cellulis considerari possunt. numero 6. fol.	85
Actio in aliam transfusa, non omnino extinguitur. nu. 11. fol. 33	
Adam si viueret, non posset vxorem habere. nu. 25. fol.	157
Adoptandi modus mirabilis. nu. 18. fol.	198
Adoptare qui possint. nu. 25. folio	201
Adoptari qui possint. nu. 26. fol.	201
Adoptio seu cognatio legalis in genere describitur. nu. 2. fol. 193	
Adoptio in specie describitur, & declarantur particulæ descriptionis. num. 5. fol.	194
Adoptio seu cognatio ad quid fuit inuenta. nu. 3. fol.	195
Adoptio qnomodo solvit. nu. 27. fol.	201
Adoptionis seu cognitionis legalis duæ sunt species. numero 4. folio	194
Adoptione per emancipationem iustam finita, adoptius amplius non succedit. nu. 50. fol.	244
Agens rationabile, nihil frustra operatur. nu. 5. fol.	19
Agnatio etiam ciuili coniunctione constituitur. numero 12. folio	6

C O M M E N-
T A R I V S E L E G A N S ,
iuxiā ac doctus in celebre,
rimum Titulum Insti-
tutionum Imper-
rialium,
De gradibus Cogni-
tionum.

S V M M A E .

- 1 Dic̄lio, De demonstratiōe seu declaratiōe capitū.
- 2 De significatu dictionis, De, & quare in Rubrica Imperator non fecit mentionem de affinitate.
- 3 Cognatio in generali eius significatione describitur.
- 4 Triplex est cognatio, carnalis, spiritualis, & legalis.
- 5 Cognatio spiritualis ceteris est dignior.
- 6 Spiritualia carnalibus & corporalibus sunt fortiora & digniora.
- 7 A diffinitione inchoandum.
- 8 Cognatio carnalis.
- 9 Declarantur particula in descriptione carnalis cognitionis posse.
- 10 Diffinitio constare debet genere & differentia.
- 11 Agnati, qui dicantur, declaratur: multaq; exempla subejiciuntur.
- 12 Agnatio etiam civili coniunctione constituitur.
- 13 In symbolis antibus facilis est transitus.
- 14 Ars imitatur Naturam.
- 15 Agnati subdividuntur.
- 16 Cognatio carnalis dupliciter considerari potest.
- 17 Omnis agnatus est cognatus.
- 18 Cognatio in specie non comprehendit agnationem.

- 19 Cognati in specie, qui dicantur: cum multis exemplis.
- 20 Vulgo quiescunt, nullum patrem habere dicuntur.
- 21 An emancipatus & filius eius, sint agnati, & quando?
- 22 Cognati in specie subdiuidi possunt.
- 23 Cognatio carnalis secundo subdiuidi potest in licitam & illicitam.
- 24 Cognatio licita uno modo, illicita pluribus fieri potest.
- 25 Tertia cognationis carnalis divisio, in ascendentis, descendentes, & transversales.
- 26 Autoris intentio & excusatio. Et bonum est in singulis dubitare.
- 27 A leuioribus ad grauiora docentes procedere debent.



I V I N O inuocato præsidio, ad publicam cupidæ legum iuuentutis, omniumq; lectorum (ni fallor) utilitate in, scholastico quodam & agresti stylo huius Iustini tituli de Gradibus coguationum, facillimam exordior enodationem. Cuius obmissa continuatione, quam in voce retuli, hisq; prætermissis, quæ circa rubricas quæri solent, de quibus latè in prima rubrica totius huins voluminis, in primis non obmittam primam Rubricæ nostræ dictionem + scilicet, De, demonstratiuè seu declaratiuè capi posse sicut in Idem Pöponius scribit: si de meis. ff. de recep. arbit. & l. cùm delationis. in Pan. & §. cùm de villico. ff. de fun. instruct. instru. lega. Imperator ergo (vt intelligimus) interrogatus de quo post prædictas materias esset tractatus, mentem suam declarans, respondet de Gradibus coguationum. De cuius quidem natura, & significatu + ampliore, si scire velis, vide Bartol. in l.j. §. ex incendio. ff. de incen. ruina & naufrag. & in l. si finita. §. j. ff. de damno infec. & in l. prætor. §. j. ff. de bonis auto. judic. possiden. l. j. in princip. ff. de positi. l. j. §. si plures. in j. quæst. ff. de exerci. acti. l. j. §. emancipatus. ff. de coniugen. cum eman. liber. l. eo tempore. §. fina. ff. de pecu. & Bald. in l. j. in fin. ff. de tutori. & curato. datis ab his. l. sed & reprobari. ff. de excusatio. tuto. l. j. §. ius autem naturale. colum. ij. l. ex hoc iure. colum. v. ff. de iusti. & iure. & in l. de pecoribus. vbi Salice. C. ad legem Aquiliā. Ioan. Andr. in regula, nullus ex consil. de regulis iur. in vj. in mercuria. Panor. in cap. inter dilectos. penulti. nota. & ibi in additionibus ad eundem extrà, de fide instrumen. Ioan. de Aua. in cap. decæcero

reliktæ fratriis Bertiæ, & poterit contrahere cum Berta sorore primi mariti huius mulieris: quia est Titio illa Berta in secundo genere affinitatis. Et si Titius reliktus Maximiæ, contraheret cum alia, scilicet Seia, tunc oriretur inter illam Seiam & Bertam sororem cum sua prole tertium genus affinitatis. Ideò per hanc cellulam demonstratur primum & secundum genus affinitatis. Idem dicas de alia cellula auriculari posita a latere sinistro, in qua ponitur, relicta relikti sororis. Pone enī, quod Sempronia soror Titij contrahat cum Cato. iam hic Titius cum sua posteritate est Cato in primo genere affinitatis, moritur Sempronia soror Titij, iam Caius est reliktus Semproniz sororis Titij. Deinde Caius nubet Bertiæ. Tunc oritur genus affinitatis inter Bertam, & dictum Titium fratrem cum suis descendantibus. Mortuo postea Caius poterit Titius praedictus frater sororis hanc Bertam decere in uxori, cum hic Titius sit huic Bertiæ in secundo genere affinitatis, quod hodie prohibitionem non habet. Bene ergo dicitur, relicta, scilicet Berta, relicta sororis, scilicet Caij, relikti à Sempronia sorore Titij poterit contrahere cum dicto Titio. Si tandem dicta Berta contraheret cum alio, scilicet Petro, oriretur tunc tertium genus affinitatis inter illum & fratrem cum sua posteritate. Finaliter adhuc habemus in arbore alias lingas reflexas, quarum una oritur à cellula, frater, à qua procendantur quedam virgulæ: in quarum medio scribitur primum genus affinitatis, & diriguntur ad cellulam vir sororis. Et ab illa cellula, vir sororis, oritur alia linea, à qua quidem cellula protenduntur similiter virgulæ ad modum arcus, cum eisdē verbis, & revoluitur ad illam cellulam, frater, ad denotandum, quod inter se sunt affines. Item est alia linea reflexa, quæ oritur in cellula, soror, à qua similes virgulæ protenduntur cum illis verbis: Primum genus affinitatis, & diriguntur ad illam cellulam, in qua scribitur, uxor fratriis. Et ab eadem cellula, uxor fratriis, protenduntur similiter virgulæ per modum arcus, cum eisdem verbis: Primum genus affinitatis. & diriguntur ad cellulam illam, in qua scribitur, soror, ut etiam denotetur, quod isti inter se sunt affines. Quæ omnia oculari fide ex sequenti (quam subscribo) figura clarius apparebunt.

Et postquam variae fructus habuerint oliva,


Plantetur viridi dulcis oliva solo.

Adq. De laudem lectionis ponite finem.

Nunc clando rives; prata bibere satias.

F I N I S.

Arbor affinitatis.



Lugduni,
Excudebat Jacobus Faurus.